



HEinricus Aurbachius honestis parētibus natus, & in bonis literis educatus fuit. Is cum rudimenta artium & linguarum percepisset, ad Lypensem Academiam peruenit, atq; philosophiæ diligenter incubuit. huic etiā studio Medicinā & Mathematica cōiunxit, & adeò profecit, ut Doctoris sibi nomen omniū calculo compararit. Vnde postea profitendo & suam artē exercendo ob felicitatē omnibus innotuit, & principi Georgio gratissimus fuit. Quin etiam ob magnam animi prudentiā Lypsię in senatū cooptatus, res sibi commissas magna dexteritate expediuit, & sua fidelitate reliquis exēplo fuit. Itaq; Erasmus Roterodamus hunc Heinri-

cū plurimū dilexit, et per epistolas res suas frequēter ei cōmunicauit, anno circiter 1522. Tandem Heinricus functionibus suis egregiē perfectis, fato cessit, & honorificē sepultus fuit. Eras. in Epist.